



Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

28. Testimonium trium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

SYMBOLUM 28.

Testimonium Trium Matth. 18. Deut. 19. & 17. In ore duorum vel trium stet omne verbum.

Ipsa fides bino nonnumquam teste vacillat,
 (a) Exemplum faciat sub Daniele fidem.
 Judicium subiit dum casta Susanna duorum,
 Quos tulerant aetas impia et squam pares.
Insontem Daniel laxat, monstratque supremam
 In Triadis firmam Numine stare fidem.

S. Aug: ad illud Matth: 18. in ore duorum vel trium stet: &c. per hoc mysterium Trinitas commendata est; in qua est perpetua stabilitas veritatis; vis habere bonam causam? habet hos testes; Patrem, & Filium, & Spiritum. S.

(2) *Dan. 13. N. Quomodo accipendum est in ore duorum vel trium stet omne verbum? nisi quia hoc modo per mysterium Trinitas commendata est, in qua perpetua stabilitas veritatis est. Si vis habere bonam causam habeto tres testes, Patrem & Filium & Spiritum S. Denique quando Susanna casta femina fidelisquam conjux duobus falsis testibus arguebatur Trinitas illi in occulto suffragabatur. Illi Trinitas de occulto unum testem Danielem excitavit, & duos convicit, Ven. Beda in Joann. 8.*

SYMBOLUM 29.

Tres panes Luc 10. apud Bed. in Iob 1. & alibi.

Forsitan esurie venter vacat, oraquam pallent,
 Quove premas ventris murmura, panis abest.
 Nocte fores intempestam pulsabis amici:
 Ut consilio te meliore velim.

Tres